



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

339. feria 4. de minis inferni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

608 *Feria 3. Domin. 24. post Pentecost.*

mortificâsem, consecutus fuisset ego sanctitatem, Dei verò Ecclesiæ quàm plurimum profuisset, quorum nihil evenit, idque propter invidiam, umbras, zelum indiscretum, propriam existimationem, iudicium, commoditatem, detractiones, scandala, pietatis contemptum, levitatem verborum, respectus humanos, inconsiderationem, Spes, metus, pusillanimitatem, scrupulos, diffidentiam, & denique, quòd non obediverim spiritui Dei. Refugiam nunc ad misericordiam Dei, quia *Ve etiam laudabili vita hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam,* ait D. Augustin. lib. 9. Confess cap. 31.

MEDITATIO CCCXXXIX.

Feria 4. Domin. 24. post Pentecost.

De Minis inferni.

Vldebo carcerem inimicorum Dei, remotissimum à mansionibus cœlestibus, infra omnia elementa, ubi sunt æterna mortis pascua. Petam nunc id facere, quod vellem si ibi essem, ut evaderem.

Conf. 1. Omnia mala vitæ mortalis esse tantum initia dolorum collata inferno, cuius supra vigesies meminit D. JESVS, & est locus in intimo terræ, umbris opacus, dicaturque sepultura, & poenarum profunditas. A demone vocatur abyssus. A Christo D. Luc. 8,

Feria 4 Domin. 24 post Pentecost. 609

Luc. 8. Matth. 10. Matth. 5. Matth. 25. Marc. 9.
Matth. 13. Matth. 25. Matth. 22, Gehenna
ignis æternus, inextinguibilis, ubi ver-
mis eorum non moritur, & ignis non extin-
guitur, caminus ignis, tenebræ exteriores,
ignis paratus diabolo, & Angelis ejus. Hinc
habetur, eodem igne cruciari homines, & de-
mones, miris, sed veris modis, inquit S. Au-
gustin. lib. 21. de Civit. Dei, cap. 10. Sup-
plicium æternum. Ibi erit fletus oculorum,
qui per concupiscentias vagabantur, & stri-
dor dentium, qui edacitate gaudebant, &
has duas pœnas Dominus repetit quinquies
apud unicum Evangelistam Matth. c. 8. 13.

22. 24. 25. & Luc. 23. Erit etiam ibi sitis, fa-
mes, vincula, tenebræ, magna membrorum
tormenta, denique, inquit S. Maximus: *uni-
cuique peccato Deus consonam pœnam statuit.*

*Conf. 2. Septem esse damnandorum pœ-
nas inferno majores. 1. Timor judicij malis
resurgentibus est pœna gravior, quàm gehenna,*
ita D. Anselm. in Epist. ad Hebr. cap. 10.

2. *Separari à Christo, an non gravior, & ge-
hennâ terribilius,* ita D. Chrysostom. Hom. 8.
in Epist. ad Thessal. 3. Irrideri, aut audire:
Stulte: *superat aternam pœnam irrisio ista stul-
titiæ,* ita D. Basil. in Luc. cap. 16. 4. *Livore ta-
belcere: agit infelix, ne videat felicem,* (epulo
Lazarum petens eum mitti in domum Pa-
tris)

CC 8 tris)

610 FERIA 4. DOMIN. 24. POST PENTECOST.

tris) & zelo magis incenditur, quàm gehennâ. Ita D. Chrysoſt. in Luc. cap. 16. 5. *Reus plus de conscientia, quàm de gehenna erubeſci incendio, ita D. Chryſoſt. ſerm. 125. 6. Non videre Deum, pœna eſt, totâ gehennâ acerbior.* Ita D. Chryſoſt. Epist. 5. ad Theod. laſp. 7. *Nunquam reuniri Chriſto Deo. Hoc NVNQVAM eſt pœna damnatorum major, maximâ, quæ ſicut Chriſtum affixit in vita, ſic illos affliget æternâ deſperatione, ita B. Verana in Revelat.*

MEDITATIO CCCXL.

FERIA 5. DOMIN. 24 POST PENTECOST.

De æternitate pœnarum inferni.

Videbo damnatos ambulantes in circuitu, vocabuntur enim populus, cui iratus eſt Dominus uſque in æternum. Malach. 1. *Pœnam intelligere cauſas, cur æternum puniantur.*

Conf. 1. Pœnas damnatorum æternas. 1. Quia Legislator habet jus Pœnam ponendi violatoribus Legis. ſed Deus poſuit æternam Matth. 25. Marc. 9. Apoc. 14. 2. Si Leges humanæ perpetuum exilium præſcribunt, vitam auferunt in perpetuum, quanto magis Leges divinæ? Ita S. Auguſtin. lib. 23. de Civit. Dei, cap. 17. 3. Nunquam eſſet illorû æterna miſeria, niſi eſſet magna malitia; ita
idem